Hiericho olim regalis ciuitas et famoſa. nūc in paruā villaꝫ redacta. In loco pulcherrimo atqꝫ in valle iordanis ſita. Vix octo habēs domos. et oīa monimenta ſacroꝝ locoruꝫ in ea ferme penitus ſunt deleta. legitur dominū multa feciſſe in hiericho. Cum eius murus miraculoſe deſtruxit Joſue reedificanti maledictionē dedit. De hac hiericho fuit Raab meretrix. Et in ea in domo Zachei xp̄s hoſpitio fuit receptus. Ex hac ciuitate Helizeū ꝓphaꝫ deludētes ab vrſis deuorati. Et ꝓpe eam dn̄s cecū illuminauit ⁊c̄. Fuit aūt prope hāc ciuitatē olim opobalſami ortus de cuiꝰ amenitate ſcribit Juſtinꝰ abbreuiator trogi pompey. Eſt nāqꝫ vallis que cōtinuis mōtibꝰ velut muro quodā ad inſtar hortoꝝ clauditꝛ. ſpaciū loci ducēta milia iugera nomine hiericho dicitꝛ. In ea ſilua eſt et vbertate ⁊ amenitate inſignis. Siquidē palmento ⁊ opobalſamo diſtinguitꝛ. Et arbores opobalſami formam ſimilem piceis arboribus habent niſi ꝙ ſunt humileſ magis. et in vinearum more excolluntꝛ. Quippe cū toto orbe regionis eius ardentiſſimus ſol ſit ibi tepida aeris naturalis quedam ac perpetua opacitas ineſt.

Hiericho



Cum Helias iter faceret cum diſcipulo ſuo helizeo: Venientes ad Jordanis fluuiū percuſſis aquis pallio helye facta via per mediū tranſierunt. Quo tranſacto dixit Helias heliſeo. vt peteret qđ vellꝫ anteqꝫ tolleretur ab eo. qui poſtolauit duplicem ſpiritum eius. id eſt in faciendo mirabilia et ꝓphetando. Responditqꝫ ei ſe hoc recepturū ſi euꝫ videret cū tolleretꝛ ab eo. Sermociocinātibꝰ aūt ſil' apparuit currꝰ ignēꝰ cū equis igneis in quē helias aſcēdens aſſumptꝰ eſt in celū id ē in paradiſuꝫ terreſtrē. Vbi viuꝰ ꝑmanet cum Enoch vſqꝫ ad tp̄a antixp̄i. ꝯtra quē deſcēdet ad predicādū. Helizeo aūt vidēte ⁊ clamante pater mi pater mi currꝰ iſrl' ⁊ auriga eiꝰ ⁊c̄. accepitqꝫ palliū helie. qđ ei ceciderat. et reuertens ad Jordanē tangēdo ip̄o pallio ſcđa vice aquas diuiſe ſunt. Veniēs aūt ad habitandum in hiericho. Ibiqꝫ ad p̄ces habitatoruꝫ loci ſanauit aquas peſſimas illiꝰ loci miſſo in eis vaſe nouo fictili cum ſale in eoꝝ et exinde cū aſcēderet bethel: deridētibꝰ eū pueris et dicentibꝰ. Aſcende calue maledixit eos poſt qđ duo vrſi de ſalto egreſſi lacerauerūt. xlij. ex illis pueris. Hic autem helias theſbites maximus ꝓphetaꝝ ſui temporis ꝑ hoc tp̄s ab hominibꝰ eſt ablatꝰ. Cuiꝰ finē nemo cognouit. hic mltis miraclis quo aduixit claruit. Atqꝫ ſicut ignis ardēs totꝰ erat. Ita et verba eiꝰ q̄ſi facula ardebāt. Tandē a dn̄o (vt dictū eſt heliſeo vidente) per turbinem in celum vectꝰ eſt Relicto in eius loco heliſeo propheta.

Helizeus ꝓpha Helyas teſbites